Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qui ante errauerunt in semitis detestabilibus

Iuxta fragilitatem assumpti corporis ad patrem fudit orationem. Aurem enim dicit non istum corpoream sed auditum illum spiritulem quo petentium uotu cognoscit, dicendo autem egenum esse se et pauperem condicionem quam suscipe rat humanitatis ostendit

Vnus atq. idem ds homo petit misericordiam qui donat illam, docet nos semper supplicare dm qui frequenti culpa delinquimus, cum dicit totu die totius uitae tempus ostenditur, Letificari petit animam fons hilaritatis ex illa parte qua seruus est, seruus quo ex uirgine maria natus quae se ancillam dei esse fatebatur

Percipe cum dicit id est ut in illis sinib. maiestatis eius oratio recondi atur, Intende uoci ut intentus animus aperiret auditum

ORATIO DAUID

Oratio xpi ad patrem pro se suisq. membris quorum ipse caput est

INCLINA DNE aurem tuam & exaudi me quoniam inops & pauper sum ego

Custodi animam meam quoniam scs sum saluum fac seruum tuum ds meus sperantem in te

Miserere mei dne quoniam ad te clamabo tota die letifica animam seruitui quo ad te dne animam meam leuaui

Quo tu dne suauis & mitis & multae misericordiae omnib. inuocantibus te

Auribus percipe dne orationem meam & intende uoci de

Oratio dicitur quasi oris ratio, per totum istum psalmum orat xps ad patrem pro se suisque membris quorum ipse caput est

Scs enim dictus uera citer xps est, quia mundi istius in lecebrus conuersatione caelestis uitae calcauit, Petit se saluum fieri ad uinitate ut nos instrueret salutem non esse constitutum in humanis uiribus

Ostendit enim quid sit ds id est suauis ad se recurrentibus mitis quia sustinet peccatores, multum misericordia quia licet sint nostra innumerosa peccata multo abundantior est pietas quae tot laxat offensas et nulli negat se inuocanti presidium